

Dum, auspice Deo,
favente sernissima
regia majestate,
promotoreqve viro
præ...

Melander, Sveno,

1 Ic Fol. Okat.



National Library
of Sweden

Dum,
A USPICE DEO,
Favente Serenissima Regia Majestate,
PROMOTOREQVE

VIRO

Praclarissimo atque Amplissimo

Dn. Mag. PETRO HAHN,

Scientiæ Naturalis, in Academia, quæ heic Aboæ est
inicyta, Professore celeberrimo.

HONORES INDIPISCERENTUR MAGISTERII

26. Novemb. 1677.

VIRI *Clarissimi, Musarum cultores indefessi*
DOMINI,

Dn. LAUR. TAMMELIN, Dn. JOHAN. ROGBERGIUS.
Dn. JONAS MOLLIN Dn. HENRICUS ALANUS.
Dn. JOH. TORPANDER. Dn. ANDREAS PNYSS/
Dn. CONRAD QUENSELL. Dn. JOH. HELIN.

*Hæcæ pauca in officium promovendorum celeri
æpromserunt manu.*

3.





Arnasſi culmen ſcanden-
tes euge Magiſtri,
En latices dulces fonte ex
Helicone bibiſtis,
ſacros quos Pallas pulcris
propinat alumnis
Mæonidum, Ut roris læta hac aſpergi-
ne tellus
Fota vireſcit, & hinc redeunt ſua grami-
na campis,
Sic ſua Pallas humectavit quando ora
ſophorum
Serta gerunt, rutila redemitaqve tempo-
ra lauru,
Præmia quæ præbeat quondam prægran-
dia mille!

SVEN MELANDER.



Proemia dispensat nunc quam peramœna la-
borum

Aurea dona ferens docta Minerva suis,
Nil negat, & pretium vel non poscentibus offert
Artibus assiduum si dederint animum.

Gloria, laus & honor studiorum proemia, Vobis

Hæc Pallas tribuit largiter hocce die,

Undique turba ruens vos terque quaterque beatos

Eece vocat, pariter gaudia magna capit.

Sed quid ego ludam, quæ carmina texere coner,

Latis quæ valeant addere læticiam.

Accelerant alii plenis nunc carmina velis.

Et sua diffusâ munera mole probant.

Vellem ego sed, Domini, vobis hæc scribere pauca

Ne mea dicatur sola Camœna silens.

Consciens agnosco quam sit mihi curta supellex,

Quam regat ingenium crassa Minerva meum,

Fœcundos negat e sacro mihi fonte liquores

Calliope, hinc arcant hæc mea labra nimis,

Nec datur Aonios misero mi scandere montes,

Phœbus Apollo obstat Pallas & alma vetat.

Vestra nec & tritas acceptat gloria laudes,

Plus tamen hoc uno nomine laudis adest.

Quod celebres merito peramastis honore Camœnas

Hoc rude quas odio tempore vulgus habet.

Dumque terunt alii sub inertis tempora luxu

Plenaque dum vanis otia rebus agunt,

Alter ab occasu solis, dum solis ad ortum,

Immensi siccant pocula plena meri.

Aut nocturna leves quassans ad lumina talos,

Damnoso patrias vel cane perdit opes:

Vos animum studiis tribuistis sedulò honestis
Otia vitantes desidiosa probè.

Ac teneris fateor vos pressos cuspide diræ
Fortunæ, oppressos non tamen esse scio.

Virtutem egregiam paupertas nulla retundit
Virtus quem penes est sunt bona cuncta simul!

Ac veluti nullis adamas incudibus hincit
Indomitusque nitet; vos quoque robur habet,

Illa aquila adversum fixo ceu lumine solem
Acre videns nubes vincit & astra ferit;

Mentibus sic vestris generosum est tendere sursum
Altaque in accessa sidera adire viâ,

Per magnum vero sudorem quo sine virtus
Nulla mânet, veluti Phocylides loquitur:

Οὐδὲν ἄνευ καμᾶς πέλει ἀνδράσιν εὐπέτες ἔργον
Οὐδ' αὐτοῖς μακάρεσσι πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει
Propterea vestrum laudabunt secula nomen

Et vos posteritas omnis in ora feret.

Extremò Superum venerabor Iupplice voce
Post multas curas fausta dies veniat.

Et tandem hoc vitæ decurso tramite sursum
Evehat emeritos vos super astra Deus.

ERICUS RUDA. S. R. M. Stip.

